

www.e-rara.ch

**Introductio Apotelesmaticæ elegantes, in Chyromantiam,
Physiognomiam, Astrologiam naturalem, Complexiones hominum,
Naturas planetarum**

Indagine, Johannes ab

[Strassburg], sub annum Domini M. D. XXII

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-84446>

In physiognomicam artem introductio

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IN PHYSIOGNOMICAM ARTEM
DE IUDICIO FERENDO EX ASPECTU

Frontis. Caput Primum.

Frons per
fricta.

NON SUM NESCIUS, QUAM NIHIL FIDENDUM in fronte sit, quæ ad quamlibet statim passionem mutatur. Illud tamen obseruatū uideo, plerisque non melius dignosci quam ex fronte: adeoque sic obtinuisse apud uulgum, ut quosdam perfrictæ frontis, dicamus in eos, qui pudorem omnem abiecerunt. quod nullibi magis quàm in fronte, & in oculis pudor ipse cōspiciatur. Quod si damus: neque frustra potest esse, quod prouerbij celebratur, & prophetijs palam fit: non esse preposterū, uel inconueniens, si præ ceteris membris ab ipsa fronte exordiemur. Est autē alia ratio latæ, alia rotundæ. Quod, quo fiat perspicacius, breuibus rem omnem aperiemus.



Frons ele
uata
Rotunda.

Glabra.

Caperata

Prægran
dis.

Oblonga.

Confusa.

Quæ in gyrū eleuata est, a quibusdā probatur: maxime si capiti bene rē deat. Sin autē temporū prominentias occupet rotunditas illa, sitque subinde depilis, indicat præstantiam ingenij, cupiditatē honoris, arrogantiam, & quæ magnanimos omnes consequuntur. Glabra & complanata cuticula, nisi intra supernā superficiem nasi, prophanum, fallacem, iracundumque significat. Caperata, & rugis contracta, in medio tamē decliuior, una cum duabus optimis uirtutibus, uidelicet magnanimitate, & ingenio, pessimum uitium habet crudelitatem. Prægrandis, rotunda, depilis, audacem, & mendacem. Oblonga, cum oblonga facie, mento tenui, crudelitatem & tyrannidem. Confusa & tumida nimia uultus pinguedine: instabile, phlegmaticū, crassum, hebetē. Hæc summatim & sub compen

diō, quantum ad Astrologiam, satis est.

ET De iudicio Superciliorū. Caput. 2.
 ET supercilia ipsa in prouerbiū abierunt, ut qui cristas erigit, uolue-
 ritq; super alios efferre se, superciliosus dicatur, quod non multum
 abludit a uero. Indicat enim reuera, si complicata & dura, uel rubea fue-
 rint supercilia, hominē inuerecundum, impudentē, inuidū, Alba uero, fœ-
 miniurū, cito credulum, stolidū. Quamq; pessima omnium sint cōcreta, &
 quę contingunt se: notantq; maleficium, plagiariū, malefecis artibus de-
 ditum. Id quod palam ipse uidi in uetulis sagis, quę iam ad incendiū du-
 ctę, huiuscemodi pręferabant supercilia. Quibusdam titillant, uidentur
 q; modicū subagitari se: quod similiter audacitatis, & animositatis indici-
 um est. Hirsutiora, simplicē: molliuscula plana, atq; inuicem responden-
 tia ex æquo sibi nigrantibus pilis, contemperatam complexionem, &
 probum.

Supercilia
 rubea.
 Alba.
 Concreta.

Hirsuta.
 Mollia &
 plana.

S De iudicio Oculorum. Caput. 3.
 SIMILIMODO & probitatē oculi, & improbitatem arguūt, uel Ser-
 uatoris nostri testimonio sic in Euangelio loquentis. An quia oculus
 tuus nequā est, quia ego bonus sum? & rursus. Si oculus tuus fuerit
 simplex, totū corpus lucidum erit. Est autem coniectura talis. Sicubi uis

Oculi be-
 ne deceri.



deris quempiam benedecentibus oculis pręditum, atq; n̄s uigilantibus,
 apertis, lucidis, claris, mediocribus, neq; rotundis admodum: ex ipsa pro-
 portiōe animus metiendus integer & sanus. Quibus uero in morē uitello-
 rū propēdent extra foramina (ut in paucis hoc cōspicere licet) ita insigni-
 ter delyrantem portendunt, crassum, & hebetē: ad hoc etiā luxuriosum,

Propor-
 duli

Profundi.
Cōpressi.

Destillant
eos rubei

Nasi ada-
gia

pigrū, mendacē, simplicē. Similiter si uel nimis ampli sint, aut prodigiose aperture. Ediuerso profundi, inuidū, maliciosū, structorē malorū, iracundū, suspiciosū. Sic qbus cōpressi sūt, & uelut ad scopū intēdētibus, crudeles, tyrānos. Vbi uero deflaccescunt, uoluūturq; ultro citroq; (q mos est eorū qui iā frontē & pudorē oēm abiecerunt) impudicos, arrogantes, instabiles, mēdaces, pessime autē oīm si citrinati fuerit atq; fucati. Quibus dā distillant atq; rubescunt, quod nō naturā indicat, sed humiditatē cerebri, & phlegmatis abundantiā. De hīs satis. De iudicio Nasi. Caput. x.

DE prouerbīs quādo mentio facta est, & nasus quoq; hodie abierit in prouerbiū, qd hoc mēbro nullū est q magis abutatur uulgu, de naso p̄ciū opere est ut aliqd dicamus. Sunt autē hęc adagia. Naso suspendere naso adunco. Nasus Rhinocerotis, dictū in eos, qui



Xerxes
Nasus ad-
uncus.

Curue pro-
minens
Maximili-
anus
Acumina-
tus.

Oblongi

alios rident. Habēt enim hoc qui naso sunt adunco, ut facile alios rideāt. Quāq; alioqui apud Persas decori hoc sit magno, atq; eodē adunco p̄ditū esse. Sicut illū suū Xerxen habuisse memorāt historiē Xenophontis & Plutarchi, & usq; in hęc etiā diē, neminē subrogāt ad id fastigij, nisi ad prime fuerit nasutus. Ferunt & hūc fuisse audacē, derisorē, & magnanimū. Vnde augurātur, derisores & audaces esse qui hmōi habent, impostores, proditores, rapāces, auaros. Hoc de hīs, qui recuruos hnt nasos, ut accipitres & aquilę. Qui uero cū curuitate superne prominētiā habēt, remissa nō nihil curuitudine (quēadmodū in Maximiliano uidimus Augusto) de hīs aliud iudiciū est. Hi ut plurimū liberales & magnanimi sūt, eloquētes & supbi. Nisi ubi illius apex fuerit exacuatus uel acuminatus, qui q magis exacuit, hoc āplius reddit iracundū, seuerū, tergiuersatorē. Est at hic maxia uarietas, ut ferme nō sit alia distinctio facierū q; p̄ nasū, potissimū tñ discriminē in lōgitudine, dēsitate, & curuitate. De incuruis iā diximus. Oblongi, si admodū i lateribus prominētes fuerit sinceritatē p̄ferūt

animi, sed corpore atq; castitate parum potentē cōtinere, ad probe mensulātū, appetentē coitus. Crassities & amplitudo narium, hebetudinem adhicit, stoliditatē, amentia, derisionem, dolū atq; immoderatū appetitū ad coitum. In medio latus, atq; nonnihil compressus, in summitate uero eleuatus: mendacē, proteruū, crudelem, loquacē, petulantem. Longus & undecunq; rotundus, rapacem, & coelitus fato quodā procliuem ad malum. Et est in colore discrimen. Vbi si liuidus sit, uel rubeus, aut sane rubeis fibris intertextus, uel punctulis: egregiū inde poterē elice, ebrium siticulosum, calido epate, deditum luxurię, ex ægritudinibus uero morphę. Illud obiter adnotamus, de corruptis iuuenibus, & iuueniculis si quis scire cupiat. Nā illud præcipue ex naso cognoscitur. Carthilago que in apice nasi est, si secare se permiserit, atq; perinde attactu findi digitulo potest: indicium est corruptū, uel corruptā esse. Sunt & alia pleraq; que quoniam ad præsens negotiū minime promouent, lubens prætereo.

Nares amplæ

Latus. Longe rotundus.

Liuidus rubeus

Corruptionis indicia

De Oris Physiognomia, & quid ex illius aspectu diuinandum sit. Caput. 5.

ORIS physiognomiā & labiorū uno sermone explicabimus. Os aut magnū est & patulū: aut angustum. Patens, quo præcipue uidemus insignitos Francoslabrones, audacem, obstreperū, impudicū, mendacē, impostorem, luxuriosum significat, neq; me unq; hic tefellit iudicium.

Os patulū



Econtra angustum, retentorem archanorum, modestū, sobrium, pudicum, timidū & largū. Fetulentiam anhelitus uel dentiū, medicorum scholę dimittimus, que ab illis & copiosius & eruditius explicantur. Illud experientia compertū est: tenuibus labijs loquaces esse, & eloquentes, garrulos, sagaces, prudentes, ingeniosos. Pregrandibus autē labris,

Angustū.

Labia tenuia Prægranda

& quibus dependet labium inferius, adeo ut emineant dentes, bardos, stupidos, indociles, impuros, luxuriosos, inconstantes, & malos.

L De Physiognomia Lingue & Dentium. Caput. 6.
 INGVA pusillū quidē membrū, sed magna iactans, incurabile malū, plena ueneno mortifero, & eo pestilentior, quod neq; ex physiognomia, neq; aliunde peruestigari satis potest. Vt cūq; animaduertat̄ i eā, raro sui similis est, nisi quātū ad balbutiē attinet & eloquētiā. Balbutiē efficiūt grosse, imoderate, p̄longe. Eregiōe tenues, acumiatę, limatę uiperarū more, eloquētiā, astutiā, & calliditatē p̄ se ferūt. Tamētsi hic aliud fingant Astrologi, nō lingue uitio tribuentes balbutiem, sed Mercurio euerso, & eo retrogrado. Sed hæc alias. Dentū eadē ratio

Lingua
 grossa
 Tenuis



Dentes
 spissi
 Sparsi
 Marcidi

Dislocati.

est. Hi si spissi sint & canini: ex ipso robore uitā longā p̄sagiūt. Neq; ui deo, quid hic multis sit opus. cernere em̄ est decrepitos iā, qui nihil unq; molestię perpeffi in dentibus sunt. Econuerso marcidi, uacillantes, rancidi, minuti breuitatem uitę, caloris habundantiā, noxium humorem: cuiusmodi sunt ferme cholericorum. Alioqui quo ad animum nihil uidentur mutare, quod quidem obseruatum sit. Vbi dislocati fuerint, aut extra seriem stantes, uidentur nebulonem indicare, loquutuleium, insolentē, pomposum, & instabilem.

De Mento.

Caput septimum.

DE Mento uideo cōuenire philosophos: ut sicut nasus recuruus, siue aduncus, uel præacutus semper iram, audaciam, & tyrannidē notat: ita & mentū significare aiunt acutum. Illud uero non possum nō exponere in lucem, qui membris aliquibus mutilati sunt, quo ab illo



rū cōmercio temperemus, ab hīs inq̄ qui membris aliquot orbati sunt pernaturā, non arte uel maleficio. Et q̄q̄ fortasse curiosum uel superstiosū id esse uideatur, proditum tamē est ab sapientissimis uiris, e quibus hæc decerpimus, a Galeno, Hippocrate, & ab hīs etiā quibus male propitia fortuna est: uerbi gr̄a, quibus mutilati sūt oculi, nares, os, pedes, manus, & altero claudicant pede: uel de quibus cōstat, quod Saturnici sunt, superstiosum inq̄ uidebit̄ quod dico. Sed tamē quod uerū est dico, & audacter dico. Dissentiunt sibi inuicē saturnici & Iouiales, Martiales & Venerei. uideas id in hoīm cōuentibus, & cōciliabulis. Videat̄ aut̄ nescio quid aliud interuenire, cum reuera nihil sit aliud, q̄ planetarum repugnātia, & aspectuum infelicitas. Frigidus est Saturnus & siccus, Iupiter calidus & humidus. Atqui iā pōt fieri, caliditas & frigiditas ut sibi nō repugnent: Rursum Saturnus pigros efficit, & tenaces, & tardos, solitarios, malos, intractabiles. Iupiter humanos, flexibiles, dociles, benignos. Quod igit̄ in planetarū qualitatibus est, id pro rerū & ingeniorū inclinatione atq̄ influētia, efficit in illis planetarū qualitas. Quis horū igit̄ ingenia cōponet: aut quis hic extricabit se? At qui id iā ex Astrologia didicit, nouit qd cuiq̄ donādū sit, ut quisq̄ tractādus est, pōt̄q̄ ex suis affectibus remittere int̄dū aliquid, ut Venus q̄ ip̄a natura, cū Marte n̄ stat, sua tñ mollicie

Natura
uiciari.

Aristoteles.
Marfilii
ficus

alterius temperat sequitiã. De signatis illud nullibi non celebratissimũ est quod Aristoteli tribuunt, cauendũ esse ab his quos natura signauit. Saturnicorũ meminit & eleganter doctissimus Marfilii ficinus libro. 3. de uita cœlitus cõparanda. eius uerba sic habent. Saturnini euadunt inmundi quidem, ignari, inuidi, tristes, demonibus inmundis expositi: quorũ commercium procul effugito. Nam Saturni quidem uenenũ alibi sopitũ latet, ceu sulphur a flamma remotum: in uiuentibus uero corporibus sepe flagrat, atq; ut sulphur accensum, nõ cõburit solum, sed etiam uapore noxio omnia circũ implet, atq; inficit appropinquantes. &c. Ita etiam louiales presente tali aliquo signato infelices euadũ. Hactenus Marfilii. Apollonium Thianeũ fama est, in Epheso deprehendisse saturnium senem, qui sola presentia sua totã urbem infecerit pestilentia. Hęc cũ copiose ab eodem uiro sapientissimo tractata sint, cœtera sollicito lectori relinquimus, nobis sat esse indicasse autorem.

Apollonius
Thianensis.

C De Capillis, & alijs accidentibus. Caput. 8.
CAPILLORVM physiognomiã ita recte describemus, si primum illorum naturam adsignauerimus. Non sunt aliud capilli, q̃ uapor calidus & siccus ab aere circumstante indensatus & siccatus. Qua finitione id in primis palã fit, senes & saturnicos depiles esse ideo,

Capilli.

Depiles
faciem.



ob perpetuum in uiribus gelu. Cholericos item hirsutos, comatos, propter calorem, & adustos humores. Nisi in quibus nimium calor illẽ habundat. Quod autẽ crispi sunt quidã & retorti, id poris adscribunt medici, qui prefracti comã quoq; sic disponunt, subinde feramus nũc iudiciũ. Cæsaries plana, mollicula, tenuis, mollem, tenuem, timidum, remissum pa

Capilli
plani

eificum indicat. Tenax & grossa: audacem, robustum, fallacem, fortunatum. Sunt quibus frons capillitior est, & tempora hirsuta, ijs tribuimus luxuriam, uanitatem, arrogantiam. Crispitudini tamen si accedat durities, semper ignauiam ingenij præ se fert. Quæ uero in angulis temporū in morē cornu effertur crispa, & galeata, uel cristata, præ ceteris hoibus graui alicui uitio implexum & deditum: rubeam habentem similiter, sed quod nemini non compertum habetur. Illa optima est, quæ candenti quodam nigrore nigrescit. De his pronuntiandum, quod prudentes sunt, & cogitabundi, fideles, probi: pariter & alba, flaua, glauca, uel subalbida. Illud ex medicorum decretis obiter etiam adijciendum censemus, quibus prematuri subcrescunt cani, in iuuenta esse incontinentes, impudicos, & instabiles. Præterea & illud traditum ab Alexandro Aphrosideo, quod humor ille qui masculis in comam resoluitur, mulieribus conuertitur in menstruum, uel in lac, si conceperint. Et quibus barbitium succrescit, has quoque uiragines dicimus, certi quod coitus sunt appetentissimi.

Tendees
Fons capil
litor

De Physiognomia faciei.

Caput. 9.

Ex tot hominum faciebus an non mirum uideatur tibi, quod uix duo sibi conueniunt? Quo fit etiam, ut ne hic tradi certa coniectura possit. Quis ei poterit omnium animos scrutari? Siquis tamē curiosior fuerit, habet quibus adsequi non nihil possit, colorē & proportionē. Colorū extrema



IN PHYSIOGNOMICAM ARTEM

*Facies ru-
bea.* uel temperamenta ut in picturis præstant, ita in faciebus uel bonitatem
Liuida arguunt, uel maliciam. Rubeus nullibi non suspectus est, etiã ex prouer-
 bio, complexionem indicans calidam. Illaudatus & liuidus uel plumbeus
 præter saturnicam inclinationem & atram bilem, etiam pessimas animi affe-
 ctiones significans: ut puta inuidiam, iram, rancorem, machinationes, insi-
 dias. *Alba.* Albus, scemineus, mollis, frigidus, frigidum quoque & mollem efficit.
 Præterque ubi rubori quedam rubedo sanguinea interposita est, eam cer-
 nere est in sanguineis: hic inter omnes non solum laudatissimus est, sed
Oblonga. honestis etiam rebus occupatum efficit, & ad omnia idoneum. De ipsa
 uero proportione hoc tene. Aut oblonga facies est, prominentibus hinc



Mediocris inde maxillarum ossibus: & hominem diuinabis audacem, superbum, in-
Carnosa iuriosum, rixosum, fallacem. Aut mediocris, non macilenta admodum,
 neque præpinguis, aptum significat ad omnia. Carnosa, pigrum, phlegmaticum,
macilenta tardum, lentum, timidum, uenerum, instabile, presumptuosum: & quo maior
 accesserit crassities, hoc hebetiorem reddit, & intractabilem. Macilenta
 uero mediocris, ingeniosum, studiosum, prudentem. Inflationes uero ma-
Pallida xillarum, non accedente carne, aliud præfagiunt. Nempe epilepsiam, &
 regium morbum. Pallida nusquam probatur. Crocea, que tamen ex natura
 crocea non est, aut icteritiam, aut opilationem splenis, aut inundatio-
 nem fellis & cholere. Medicorum sententia, nunquam ad sexagesimum annum
 prouehuntur huiusmodi. Cætera quia triuialia sunt, libenter dissimu-
 lamus.

De Physiognomia Aurium.

Caput. 10.

AVRES tamen ad prospectum non ueniant quibusdam, tamē paulæ, oblongæ & asinine sunt, & ex naturis potius animalis me-



tiuntur quam aliunde. Auriti in morem asinorum, ignauos significant, & asininis moribus. Succincti & minusculis auribus ut simiæ, instabiles & fallaces.

Auriti.
Succincti.

De Physiognomia Capitis.

Caput. 11.

IAM omnia illa si sumas inuicem, os, mentum, labia, capillos, frontem, oculos, tempora, caput constituunt: aut prodigiöse magnitudinis, aut exile. Superne acuminatum, instabilem, bardum, indocilem, hebetē, inuidum significat. Rotundū mediocri mole, ingeniosum, sagacem, astutum, bonę memorię. Rursum exile, & gurgulione nō admodum oblonga, sensatum, prudentē, doctū. Vel exiguū caput & prelongum collū, infortunatum, debilem, insipientem.

Caput acuminatū.
Rotundū.
Exile.

De colore totius capitis & corporis.

Caput. 12.

ET quod de membris diximus, idem de toto corpore sentiendū putamus. Corpusculū ipsum si tactu expenderis, licebit in promptu dignoscere qualitatem uel complexionē. Delicata & gracilia, bene curata cuticula, & carne molli, maxime si ruboris non nihil accedat in genis, sanguinis dominiū significat. Alba, carnosa, mollia: phlegma. Fusca, subrubicunda: choleram. Nigra, subnigra, pallida, uel subpallida: melancholiam, uel adustam choleram. Sic si rugosa, neruosa & callosa cutis sit, idemtidē

Corpora delicata.

Alba.
Fusca.
Nigra.
Rugosa

Gracilia. choleram, Gracilia, tenuia, alba: phlegma, imbecillitatē, & huiusmodi.

De Brachijs. Caput. 13.

DE brachijs nullū negotiū est, neminē tam esse crassę minerę pu-
to, qui non protinus robustos ac fortes iudicet, quibus neruosa
uel carnosā sunt brachia, cum his potissimū constent robur & uires cor-
poris. Pręterq̄ ubi carnosā cute, nerui nō adeo uarij & multiplices sunt.
Prolixa. huiusmodi sunt phlegmatici, & sanguinei, procliues ad ignauia. Proten-
Carua tose prolixa, audaciam, fortitudinē, ignobilitatē, & cum hoc uitam breuē
significant. Curua respectu stature, uel molis corporeę, ingratos, impudē-
tes, auaros, obtrectatores, inuidos, superbos, haud multum discrepantes
ab ijs quibus pilosa brachia sunt: quos similiter petulantes, uenericos, ua-
fros, astutos, instabiles, & uerbosos pronunciare oportebit.

De Pectore & costis. Caput. 12.

LE O N I S non robur modo, sed & audaciam ex pectore maxime
dijudicant qui naturas animalium descripserunt. Ex eadem conie-
Pectus pro ctura, & fortem hominē et audacem dicimus cui pectus sit & prominēs.
min:ns.



Hirsutum luxuriosum, procacem, lasciuientem in uerbis, superbum, iracundum, te-
Recaluum nacem. Cui uero hirsutum & quadam pilorum filua obductum est, chole-
ricum indicat hominem, cum suis proprietatibus. Recaluum, frigus &
phlegma significat. Vnde quibus in gibbum eleuatum inęuale erat pe-
ctus, altera parte hos deprehendimus fallaces, insidiatores, & ad pessima
procliues, martiales, uanos, hypocritas. Ita quibus superne usq̄ guttur

rubet pectus, cōperimus iracundos, cōtentiosos, p̄sumptiosos, arrogātes, incōstantes, timidos tamē. Illud tñ optimū esse decernunt, quod planū, quodq; carnosum, mediocre, & depile est. nam est iudiciū hoc discreti, prudētis, & bonorū naturalīū. Et ne qd etiā, quod ad medicinā spectat relinquamus intactū, aliud q̄q; nō indignū scitu est, q̄bus minuta sūt corda, ceteris esse cordatiores. quod spiritus illi impellētes uitales, in minuto mēbro p̄sentiores sibi sūt, q̄ in p̄grādibus, ubi facile dispergunt.

Pectus r̄nd
beus
Planū car
nosum, &
depile

DE PHYSIOGNOMIA MANVS. Caput. 15.

Manuū physiognomiā, quoniā abunde descripsimus in libro nostro de Chyromantia, istuc remittimus lectorem.

DE VENTRE, DORSO, ET ILIIS. Caput. 16.

NON multū negotiū est, etiā e uentre iudicare qualis q̄s sit, atq; itē, e tergo, & ilijs. Sūt em̄ hęc nō minima corpis mēbra. Sed q̄ hęc sint audiamus. Venter pilosus, & umbilico tenus hirsutus, cū primis luxuriosum significat, deinde audacē, atq; magnanimū, prudentē, intelligentē, studiosum, solertem, alio q̄ tarde fortunatum. Macer & tenuis, calidam atq; cholericā cōplexionē, nōnunq; etiā melancholicā indicant cōplexionē. Vt plurimū qui adiposos habent & crassos uentres, ingenio q̄ q; nō multū ualent. illud iam crebra experientia compertū est. Tergum illud laudatius est, quod amplum & robustū est, iudicium etiam fortis & robusti hominis. A gibbosis & recuruis quidā cauendū suadet. quod p̄ ceteris insigni aliquo scelere p̄stant, maxime detractiōe & inuidia. Coxæ idem indicant ferme, si crassę sint & carnosę, quod carnosę surę & pedes: nempe audacem, & fortem. Eadem ratio quorū crura neruosa sūt, macra, tenuia, exilia, nemo non uidet imbecillitatis esse indicia. Impotentie illud uel maximū argumentū existimant, si depiles sint pedes: ediuerso incontinentie, audacie, si q̄ maxime hirsuti sint. Ita quibus duri sunt, hebetes & obtusos: quibus uero molles, leues, leuia atq; mollia q̄q; ingenia. De mulieribus hoc obseruatū habēt: ut quibus p̄lōgi sunt pedes, hęc ad procreationem liberorū sint aptiores. Aiunt enim generandi appetitum potissimum decerni in pedibus, & in muliere uulvę signum esse pedem, id quod asserere uidetur Albertus in libro quem inscripsit, de Archanis mulierum, uidelicet mensuram medijs pedis. necq; omnino etiā male. Lego enim apud alios scriptū, qui e medicorū sunt cohorte, nisi calefactis pedibus, uix quempiam posse concumbere.

Venter pi
losus

Macer.

Adiposus.
Tergū am
plum

Gibbosū.

Coxę
crassę
Crura
Pedes

Mulierum
pedes.

DE TOTA HOMINIS STATURA. Caput. 17.

Licebit & ex statura iudicare. Sic enim proditum ex historijs legimus de Maximino, qui ob insignē ac bene portentosam longi

Maximi
1146.

tudinē pro bardo habitus est. Vnde etiam illud dimanauit prouerbiū. *Clī macis egyptia, & caliga Maximini.* Quāquam quid de hoc attinet citare aliquid: cū passim uideamus omnes eos qui tam prodigiosę longitudinis sunt, parum uel nihil omnino sapere, atq; id potissimum, si macro fuerint & oblongo corpore, extento & ciconiano collo. Huiusmodi animaduertimus quosdam in aula Friderici tertij, & Caroli imperatorum ad miraculum macilentos & proceros, suspiciendę amentię & stoliditatis. Neq; multum ab hijs etiam distant, qui curuiter incedunt. Vnde illud irroboraui fortasse ueteris prouerbij. *Raro uidi procerum sapientē, & paruū humilem.* Quę uero mediocris est, decenter obesa, simul atq; qualitatibus alijs probe instructa, ingeniosum, prudentē, & in rebus omnibus expeditum denotat.

Epilogus & recapitulatio totius physiognomicę artis.

H E C quasi p̄fati, ut ad summā reducamus om̄ia, tamen si & ipsa quę diximus sufficientia uideri possint. Ad summā igitur si metiantur a uertice usq; ad talos omnia membra, sic pronuntiandū est de singulis, de oculis in primis. Hi quibus contigerint humidi, lucidi, hylares, uibrantes, huiusmodi etiam mores indicāt, nempe hylares. Sed hæc perspicacius uideri possunt, si uelut in tabula e regione subiiciamus, quid quodlibet membrum significet. id enim intendebamus. Porro situm ipsum locauimus talem.

O C V L I humidi, lucidi, hylares, probos mores, uitam conspicuam. Obstipi, defixi, subruffi, p̄grandes, uoracitatem & libidinem. Parui defixi, auariciā. Glauci, insidiatorem. Defixi, dolosum. Mobiles, seditiosum, suspiciosum, infidum, ostentatorem. Ampli, segnes. Tremētes, ignauos. Micantes, uinolentos. Parui, impudentes. Subtremuli, iniquos. Varij & parui, dolosos, adultores. Ad nasum uergentes, uenereos. Ampli, stillantes, mobili aspectu, furentes. Aridiores, uersutos. Tremuli, impudentes. Nigri & clari, iustum, solertem, libidinosum, scitum. Ambitus eorum uiridis, dolosum, iniquum, furem. Humidi, mentis magnitudinem, integrū eloquium, rectum consilium. Magni uibrantes, dementes, leues, gulosos. Sinuosi, caui, & aridi, perfidos, proditores. Excelsi, ampli, lucidi, puri, humidi, solertes, studiosos, amatores. Fluidi, lachrymosi non ex egritudine, stultos. Caligantes & aridos, perfidos. Vibrantes, ampli, humidi, lucidi, intelligentes, sublimes, uiolentos, magnanimos, iactabundos. Nigri & resplendentes, timidos, pessimos. Circumturgentes, crudos, gulosos, inamabiles. Pusilli & caui, cupidos, insidiatores. Hylares, iustos. Procliues ad risum, humanos, pios. Humidi, boni consilij. Tristes & humiles, uel humidi, studiosos. Cum cilijs recedentibus, amabiles. Conniuentes, insidiatores, fures. Lippi, libidinosos, Protensis supercilij, effœminatos. Lu

- fitantes cilijs, adulteros.
- F R O N S** angusta, stolidum. Longa, docilem. Sublata, turgida, rotunda, uersutum, tergiuersum. Rugosa, curis oneratū. Rotunda, inuidū & dolosum. Ampla, largum, liberalem.
- S V P E R C I L I A** pilosa, balbutiem. Protensa ad tempora, immundiciem.
- F A C I E S** plana, litigiosum. Carens tumore, iniuriosum, immundū. Macilentior, sapientē. Carnosa, docilem. Tristis, stultum, prudentiam.
- A V R E S** patulę, insensatū. Vastę, imprudentem. Paruę, stultum. Quadrangulę, eruditum.
- N A S V S** acutus, iracundum. Crassus & humilis, malis moribus. Versgens ad os, honestū, fortem, docilem. Magnus, bonum. Paruus, deceptorem. Simus, libidinosum.
- N A R E S** solidę, fortitudinē. Rotundę, timorem. Diductę, alacrem. Angustę & rotundę, stultum.
- O S** latum, bellicosum, audacem. Vastum prominente labio superiore, uoracē, impium, loquacem, temerariū, ineptum, crudum.
- L A B R A** exilia, tenuia, subtilia, eloquentem. Subtilia in ore minuto, effœminatam. Carnosa, stultum. Quibus canini dentes labra extollunt, contumeliosos, parum fidos.
- G V R G V L I O** asper, nugacem, inanem.
- C E R V I X** longa, exilis, timidum, malis moribus. Crassa, longa, furiosum, timidum, pertinacem. Mediocris, docilem, robustum, uirtuosum. Crassa, rudes, barbaros, difficiles. Aspera, contumeliosum. Curta, temerarium. Incurua, incuriosum, auarū. Flexa in dextrum, temperatū. In sinistrum flexa, ganeonem, stultum.
- P E C T V S** ingens, laudatum. Amplum, magnanimitatem, audaciā, probitatem. Paruum, timidum. Corpulentum, inhumanū, crudelem.
- M A M M A E** pendentes a pectore, uiolentum.
- V E N T E R** magnus, indiscretum, stolidum, superbū, luxuriosum. Strictus amplo pectore, intelligentem, consiliarium.
- T E R G V M** latum, generosum. Mediocritas tergi & pectoris, laudabilem. Incuruum, parcum, auarum.
- B R A C H I A** prelonga, audaciā, probitatem, robur. Succincta, seminariū discordię, libidinem.
- M A N V S** curtę admodum, crassum, rudem. Pingues cum digitis, furaces. Paruę, uersutos.
- P E D E S** carnosı, fatuitatem. Parui, leues, duriciem.
- T I B I A E** subtiles, ignorantıā. Grossę, audaciā, fortitudinē. Latę, fortitudinem. Neruosę, robur. Curtę & pingues, immanitatem. Gibbosę &

PERIAXIOMATA.

caue inferne, malos homines ostendunt. Molles, turgide, moratos.
S V R AE, asperu calcaneu, crasse & curte, pingua crura, futuram infan-
am ostendunt.

H A E C sunt in physiognomicam artem introductiones breuiusculę, quib-
us adiutus quilibet, ingenia hominũ diiudicare potest. Nec me fugit,
eandẽ ferme fabulã egisse Aristotelem, medicos, Vallam, atq; alios
quamplures. Non minuit hoc nostrũ conatum uel honorẽ. Id prestiti-
mus quod potuimus, uel illorũ etiã adiuti opera. Quod si dentibus su-
is roserit nos caninis quispiam: sciat non cõmentarios scripsisse nos,
sed compendium: atq; ita finis esto.

PERIAXIOMATA de faciebus signorũ, quid
in unaqueq; domo efficiat in natis Sol.

P R A E F A T I O.

C V M in disciplinas Astrologicas inducere atq; imbuiere decreue-
rimus studiosos, sintq; multa q̄ circa hæc obseruari opteat: post
domorũ sitũ, & iudicia horoscoporũ, id iam reliquũ est, de faciebus co-
gnoscere signorũ, qd singulis in gradibus efficiant. Nam aliã ac aliã Sol,

